Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

vos habeam. non venien
tes ut tamquam hostes pu
blicos puniam. Tunc sancti
viri iohannes et paulus
christianos ad se invitantes
ordinaverunt de omnibus que
derelinquere poterant ac
per totos decem dies inces
santer. die noctuque elemo
sinis insistentes die deci
ma sunt constricti intra
suam domum. Missus est
namque Terentianus cam
piductor cum militibus
hora cenandi. Qui ingressus
invenit eos orantes, et
dixit eis. Dominus noster iulia
nus statunculam auream
iovis ad vos misit ut
adoretis illam. et thura in
cendatis ei. Quod si non fe
ceritis. ambos uno gladio
feriam. Non enim decet
vos intra aulam nutri
tos. ut publice occidam
ini. Iohannes et paulus dixe
runt. Iulianus si tuus est
dominus. habeto pacem cum

domino tuo, nobis autem
non est alius dominus, nisi
unus deus pater et filius
et spiritus sanctus quem ille ne
gare non timuit. Et quia
semel a deo proiectus est,
vult et alios secum in
interitum devenire. Hec
et his similia multa cum
dicerent, et Terentianus
ad adorandum iovem et ad
thura incendenda eos im
pelleret. tertia hora noctis
transacta. terentianus vo
lens placere iuliano si
cut dictum illi fuerat. ut
sine strepitu fame puni
ret eos, fecit foveam in
tra domum eorum. Et cum de
collari eos iussisset. stati
m involvi et reponi eos ius
sit. faciens hanc famam.
quod iussu cesaris missi
fuissent in exilium. Nullum
enim signum interfectionis
eorum inventum est super ter
ram. Statim autem iuli
anus in bello persarum interf